solũ fui in hac mea opinione (quã expressè dilucidè, ac securè approbauit) confirmatus, verum & in multis eorum, quæ in hoc discursu continétur egregiè eruditus: Hæc (& similes probatissimorũ, & peritissimorum Iudicum Ecclesiasticorum) attestatio de stylo; & quod semper crediderint, & intellexerint Extrauagantem fuisse receptam, est ipsius vsus securior, & vrgentior probatio. Illa etenim quæ resultaret ex testibus asserentibus vidisse locationes non impugnatas per sex, vel nouem annos, aut ècontra solum vidisse eas fieri per triennium, inefficax est. Oportebat enim obtentũ fuisse de huiusmodi vsu, vel nõ vsu, & secundũ illũ iudicatũ in contradictorio iudicio, ex tex. *in l. Arrianus. C. de hæreti.* Borg. Caualc. *de tutore. numer.* 41. *&* 42. Natta *consil.* 535. *numero.* 33. Crotus *consil.* 72. *num.* 19. Riminal. Iunior. *consil.* 10. *num.* 28. Ex quibus huiusmodi generale axioma ad speciem nostram non vsus huius Extrauagantis in indiuiduo, & in expresso applicuit Caualcanus *decis.* 30. *numer.* 16. *tom.* 2. *omnino videndus.*

Y como queda aduertido delas mismas escrituras, y de la misma articulacion de la parte contraria, resulta claramente, que el contracto dela locacion no era de prouecho para conseguir el intẽto de las partes, hecho por menos tiempo, que por los seys años: y esto solo basta para induzir ineuitable nullidad de la locacion por todo el tiẽpo, vt pulchrè docet Ludoui. de Molina ex altero Molina *lib.* 1. *de primogen cap.* 21. *num.* 28. Alexan. & Tiraq. *disput.* 467. *pag.* 1371. ijs verbis: *Addit Molina cum Alexand. & Tiraquel. esto quod alijs coniecturis non constet contrahentes celebraturos non fuisse contractum pro breuiori tempore incluso in longiori, si tamen multum alteri eorum intersit pro eo tempore, & non pro sola parte fuisse contractum, quia videlicet nocumentum illi sequeretur ex contractu, quoad solam partem, id satis esse vt censeatur, non aliter fuisse contracturos, ac proinde inualidum esse pro parte.* Ita colligitur *ex l fundus. iuncta glo. ibi, & communi doctrina scribentium. ff. de contrah. empt. l.* 1. *§. interdum. ff. de ædil. edict.* Y assi en nuestro caso, que consta tan claramente destas conjecturas que resultan del hecho expresso, es sin duda, que la locacion fue nulla, tam quoad primum, quam quoad secundum triennium.

De todo lo dicho resulta, que los fructos de la Encomienda no se passaron en dominio y propriedad en Christoual Roglà, ni su heredero pudo hypothecarlos a Iuã de Goza: antes bien quedaron del Comendador, y pudo cederlos a Pedro Diez de la Cruz, y hypothecarlos ala Excellẽtissima Duquessa. Y aunque estas hypothecas no tuuieran effecto a perjuyzio de Pedro Diez de la Cruz, que tuuo titulo anterior. Pero pues consintio Pedro Diez dela Cruz, que se mãden restituyr los bienes a su Excellencia, para ser pagada de su credito, auran se le de mandar restituyr, y fenecidos sus derechos a Pedro Diez de la Cruz. Sub censura Dominorum Iudicum.

Michael Pastor.



APPENDIX ANTECEDENTIS DISCVRSVS,

Pro Excellentissima D. Ducissa de Gandia. In processu Ioannis de Goza, sup. manifestatione bonorum.



VM Illustrissim⁹ D. Melchor de Borja, & Velasco Præceptor Comēdæ de Aliaga contractum locationis eiusdem cum Christopharo Roglà mercatore Valentino inerit per sex annos, sub expressa tamen conuetione, *Quod contractus ipse in duas scinderetur locationes, quæ de triennio, in triennium decurrerent*, obijcit sapiētissimus Senatus Petro Diez de la Cruz, qui totali innititur nullitati contractus ex *Extrauaganti ambitiosæ. de reb. Ecclesiæ alienan.* Quod tametsi Extrauagans non minus respectu fructuum, quam respectu prædiorum Ecclesiæ, siue Ecclesiasticarum dignitatum, & beneficiorum procederet, & tametsi ipsius decretum irritans admitteretur in concordia vtriusq; opinionis Bartoli, & Baldi, quando appareret aliter contrahentes non fuisse contracturos, & tametsi fateremur in specie nostra clarè de huiusmodi mente contrahentiū constare, Extrauagantemque esse vsu receptam, saltem quoad locationum nullitatem, & rescissionē, de quibus in Discursu, nihilominus tamen totalem, & absolutam rescissionem, & nullitatem contractus istius locationis non procedere, ex quo illa fuerit distributa in duas locationes de triennio in triēnium, quasi isto casu verius sit prioris triennij locationem subsistere, etiam coniecturis legitimis concurrentibus, quibus ostendatur contrahentes non fuisse pro solo priori triennio contracturos, allegant Domini Nicol. Garsiam *in tract. de Beneficijs. par. 2. cap. 1. nu. 61.* vbi relatis contrarijs Bart. & Bald. opinionibus, amplectitur sententiam Bart. cum eo tamen moderamine, vt quando pactum adijcitur,

citur, quod tot sint locationes quot triennia, vel quod finito primo triennio ex tunc censeatur renouata locatio pro alio, solum irritetur pro posteriori triennio, efficax tamen, & rata maneat respectu prioris. Et inde subinfertur, pro Chistopharo Roglà, & Ioanne de Goza ipsius creditore possessoribus fructuum manifestatorum, & sequestratorum esse iudicandũ in dubio, non constito distinctè ex quo triennio fructus processerint, ex priori, vel posteriori.

Exposcit hæc dubitatio altiorem, & exactiorem resolutionem eius articuli. Nunquid decretum irritans *Extrauagantis ambitiosæ*. afficiat, & annullet à toto genere locationem contra ipsius decisionẽ vltra triennium innitam sub cautela, quod tot sint locationes quot triennia, vel quod ex tunc à tempore inniti contractus noua innita censeatur pro secundo, vel vlteriori triennio. Vel quidem exposcit (strictius dubitationem ponderando) vt perpẽdamus in puncto iuris & vera praxi nunquid concordia & fœdus opinionum Bartoli, & Baldi, quod videlicet componantur quando adsunt probabiles cõiecturæ legitimè probatæ in processu, ad credendum contrahentes pro priori solo triennio non fuisse contracturos irritetur in totum locatio ab Extrauaganti, procedat indistinctè non solum quando vnica est locatio citra dictã cautelam, & conuentionem, quod cẽserentur plures, vel quod renouarentur de triennio in trienniũ. Verum etiam quando adiecta ea pactione innitur, vt vtroque casu sine delectu à toto genere corruat, tam respectu prioris, quam vlterioris triennij.

Quo in articulo sedula diligentia omnibus pensatis, indubitati iuris, & certissimæ praxis esse censeo, concordiam præfatam inter Bartolum, & Baldum, quam ab omnibus receptam profitetur Couarru. *lib.2. variar. cap.16. numer.5. vers. sed præmissa Baldi sententia.* indistinctè vtroque casu procedere, ac indistinctè secundum illam dictis coniecturis concurrentibus vtroque casu esse iudicandum.

Pro cuius conclusionis corroboratione ponderandum est iterũ nullis etiam præfatis concurrentibus cõiecturis, quibus probetur contrahentium mens restricta ad duo triennia Bartoli sententiam aduersus Bald. apud omnes semper, & vbique veriorem habitam fuisse, vt Couarru. *vbi sup. vers. tandem vt libere*, & alij innumeri quos idem Garsias refert *numer.* 55. qui *numer. sequenti.* tenet pro Bartolo, & totali nullitate locationis fuisse iudicatum per sacrum Palatium, 4. Februa. 1583. & iterum 2. Iunij 1586. subdens iam hodie Bartolum, aduersus Baldum esse magis communiter receptum, cum Rota per se communem constituat opinionem.

Quæ facilius constitui potest, & admitti cùm fundetur iuribus expressissimis *in d. Extrauaganti ambitiosæ*, ibi: *Nullius omnino fuit roboris, vel momenti*, & in *clementina* 1. *de rebus Ecclesiæ*, ibi, *Neque ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur*, & *in auth. de non alienan. §. emphyteosim*, ibi: *Habere aliquod penitus ro-*

287

bur sinimus, & in § si vero, ibi: *Etiam sic cadat quidem de emphyteosi*, consonat Triden. *sess. 25. cap. 11. decreto de reformatione. in fine.*

Ex quibus resultat prior propositæ difficultatis solutio, quod hodie Bartoli sententia simpliciter adhuc intellecta, & non concurrentibus adminiculis quibus Iudex vrgeatur ad credendum cōtrahentes pro minori tempore nō fuisse contracturos, non solum esse veriorem, sed magis communem, & à Rota canonizatam.

Imo potius eam quoque approbat idem Nicol. Garsias in contrarium allegatus.

Vt igitur omnino animi Dominorum in hoc articulo conquiescant libuit sigillatim authores referre, qui non solum concurrentibus præfatis coniecturis ad credendum contrahentes non fuisse pro minori tempora contracturos (qui casus extra disputationē omnibus videtur esse in confesso, etiā factis locationibus discretiuè, ac distributiuè, ac de triennio in triennium, vt per doctissimum Didacum apertissimè in his terminis loquentem, *in d. cap. 16. num. 5. vers. sed præmissa*) verum etiam eisdem præsumptionibus, & coniecturis penitus cessantibus, tenuerunt eā esse magis receptā saltem nostris temporibus, veriorem etenim esse & apertissimis iuribus roboratam nemo vnquam inficiatus est.

I Primo igitur Bart. in terminis simplicibus cum præfata cautela etiam coniecturis se positis, acerrimus semper fuit huius opinionis defensor, *in authent. qui rem num. 2. C. de sacrosanct. Eccles. & in consil. 159. visa quadam constitutione, lib. 1. num. fin.*

II Bald. qui alias discesserat, *in authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. Ecclesijs*, cum Bart. tamen conuenire videtur, *in l. etiam. ff. soluto matrim.* & in *l. quicunque. C. de bon. quæ liber.* Idem Bald. omnino videndus *consil. 392. locatio rerum. per totum in 5.*

III Ioan. de Arnono. *singu. 66. vulgata est.*

IIII Iason. expresse id tenens ex Bald. *vbi sup. in l. certi condictio, §. quoniam, num. 7. in fin. ff si cert. petat. & in authet. qui rem C. de sacrosanct. Eccles. num. 21. & 22. asserens ad id esse text. inexpugnabilem. in d. §. emphyteosim.*

V Angel. *in authen. de non alienan. reb. Eccles. §. emphyteosim.*

VI Calcan. *consil. 125. in causa, col. fin. versic. item quia ratione connexitatis.*

VII Aretin. *in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat.*

VIII Rolan. *cons. 84. n. 29. in 1.*

IX Ioan. Baptista Plot. *cons. 19 num. 63. vers. nec valet locatio.*

X Lapus *allegat. 80. numer. 3. vers. item licet dicta locatio.*

XI Barthol. Socin. *in l. 1. § sed etsi mihi. de verb. oblig. ex num. 7.*

XII Alciat. *ibi num. 11.*

XIII Ripa *in l. 1. § siquis ita. numer. 32. ff. de verbor. obligat.*

XIIII Crot. *ibi num. 12.*

XV Ruin. *consil. 86. numer. 8. & in consil. 57. num. 11. in 1.*

XVI Tiraquel. *de retract. conuent. in præfatio. num. 11.* Quamuis contrarium tenuerit, *eo. tractat. ad finem tituli numer. 146.* istam tamen tenet *de retract. lignagier § 23. glo. 1.*

glo.1. num.12.

XVII Mandosi. ad Lapum *in d. allegat.80. addit. fin. & allega.12. addi.1.*

XVIII Probus ad Monachu *in cap fin. numer. 2. de pœn. & remis. in 6.*

XIX Afflict. *decis.107. nu. 2. versic. maior pars dominorum.*

XX Couarru. *d. lib. 2. cap.16. num.5.* vbi quamuis in terminis simplicibus, & absolutis contrariam receptiorem agnoscat, istam tamē sequi videtur.

XXI Redoan. *de reb. Eccles. quæst.6. §. item ex præmissis, ex nu.21. versic. sed in contrarium.*

XXII Nicol. Garsias *d. 2. par. cap.1. numer.55.* vbi in his terminis eam sequitur, & numeris sequentibus, hodie esse magis communem, & a Rota tentam profitetur.

XXIII Beci. de veriori, & crebriori sententia attestatur *in d. consil.92. ex num.19. vsque ad finem consilij,* & repetit idem *in consil.178. ex num.1. vsque ad num.5. & consil.139. num.7.*

XXIIII Francisc. Monaldus *consil.110. in causa R. Præsbyteri. numer.4.*

XXV Nauar. *in Manual. c.27 num.150.* subdens ita se Salmanticę iudicasse, quoad actus nullitatem, quamquam respectu incursus pœnarum priuationis beneficiorum, & censurarum Paulina non fuerit vsu recepta.

XXVI Anton. Eugen. *consil. 24. a num.5.*

XXVII Alexand. Raudens. *responso 17. parte 8. num.61.*

XXVIII Alexand. *consil.165. visis duobus. num.1. versic. secundo adducitur. lib.2.*

XXIX Massuerius ad Practicam Papiensem in forma libelli ad ficti præstationem *ver. inuestiuit in perpetuum, versic. in locationibus, pag.356.*

XXX Hyppolit. Riminald. *consil.234. num.73.*

XXXI Marius Anguisola *consil.99. num.5.*

XXXII Rebuffus *in compendio de reb. Ecclesiæ non alienandis numer.18. & 19.* vbi testatur sic fuisse iudicatum.

XXXIII Borgnin. Caualca. *decis.43. numer.6. 7. & 8. part.1.* Idem *in repertorio post eandem. 1. par. suarum decisio. versic. locatio bonorū,* vbi etiam semotis dictis coniecturis resoluit communem, & magis communem esse, quod in totum corruat locatio etiam respectu prioris temporis, siue triennij permissi.

XXXIIII Neuizanis *cons.90 num. fin.*

XXXV Purpuratus *in l. singularia. ff. si cert. pet. num.134.*

XXXVI Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.87. versic. similiter si fiat locatio. de constitutio.*

XXXVII Zabarella *in clem.1 §. verum. q.5. de reb. Ecclesiæ alienan.*

XXXVIII Optimè Petrus Pekius *in reg. vtile. nu.8. vbi ait receptiorem. de reg. iur. in 6.*

Prædicti omnes Doctores, & alij qui potuissent in vnum congeri, & allegantur a recensitis tenēt in terminis simplicibus, & abstractis semotis coniecturis ad vnitatem contractus non solum verius, sed etiam hodie esse receptius locatio-

cationem non ſolum factã ſimpliciter, ſed etiam adiecta cautela, vt cenſeatur renouata de triennio in triennium in totum interimi, nec pro parte, vel primo triennio ſubſtineri poſſe.

Contraria tamen ſententia (nõ diffiteor) a pleriſque (numero tamen longe pautiores) defenditur, & inter antiquos fuit receptior, quod ſcilicet ſemotis coniecturis ad exiſtimandum contrahentes nõ fuiſſe aliàs contracturos locatio teneat reſpectu prioris triennij, quãdo non ſub vno contextu eiuſdem pretij, & conſenſus celebratur, ſed pacto adiecto, quod tot ſint locationes, quot triennia, cuius authores referuntur, Bald. *in authent. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. Eccleſi. nu. 2.* Paul. Caſtren. *in authen qui rem, numer. 7. C. eodem*, vbi Deci. *num. 23.* dicens magis communem, & ab ea non eſſe recedendum Iuli. Clar. *§ emphyteoſis. quæſt. 6. num. 2. & §. feudum. quæſt. 13. num. fin.* dicens veriorem, & magis communem, cũ alijs congeſtis per Nicola. Garſiã *d. 2. par. cap. 1. num. 48. & ſequentib.* & iſtam quoque agnoſcit frequentiori calculo receptam vbi ſupra *num. 56.* & magis communem, & in praxi ſeruandã, Flores *in additio. ad* Gam *deciſ. 156.*

Ex quorum relatione ſatis controuerſum eſſet ſemotis coniecturis ad credendum cõtrahentes nõ fuiſſe contracturos pro ſolo priori triennio, & interpoſita cautela, & pactione, quod locationes tot cenſerentur, quot triennia, in actu practico articulum hunc decidere, quia quamuis vſque ad tempora Dida. Couarru. Baldus receptior videatur, & ita eo tempore cum illo iudicandum videretur, hodie tamen receptior magis communiter videtur Bartolus, vt expreſſe profitetur Garſias *d. cap. 1. num. 56.* & a Rota Romana canonizatus vt per ipſum.

Verſatur tamen lis noſtra extra terminos huius ancipitis difficultatis & controuerſiæ, cum intercedãt in eo apertiſſimæ & clariſſimæ coniecturæ ab aduerſo etiam in expreſſo articulatæ, & probatæ, quibus neceſſario Domini Iudices trahentur ad credendum Illuſtriſſimum D. Melchorem de Borja, & Chriſtopharum Roglà non fuiſſe pro ſolo priori triennio contracturos, quo caſu ſic videtur contractus indiuiduus, vnus, ac inſeparabilis ratione conſenſus, & intentionis contrahentium, vt poſthauita ratione diuiſionis & ſeparabilitatis temporis, ac pretij aliàs ſui natura tanquam de prædicamento quantitatis, diuiſionem recipientium, quod pro toto cõtractus intercidit, & omni tempore fuit nullus.

Et iſta concordia (vt preſſius difficultati propoſitæ ſatisfaciamus) (quam profiteri omnes doctiſſimus Couarru. retulit *d. num. 5.*) neceſſario intelligenda eſt in terminis adiecti pacti, & adhibitæ cautelæ, quod locationes cenſerẽtur renouatæ de triennio in triennium, vel quod tot eſſent locationes, quot triennia, quo caſu nihilominus (dũ tamen adſint probabiles coniecturæ ad probandum contrahentes non fuiſſe pro minori tempore cõtracturos) videtur tempus prohibitum nõ poſſe a permiſſo ſeparari

& ita in totum corruit locatio. Et in his terminis residet, & articulum resoluit (vltra Dida. *vbi sup.*) doctissimus Ludouic. de Molina *de Hispanorum primogen. lib. 1. cap. 21. num. 28. vers. vt autem de hac re.* vbi elegantissimè *versic. sed quamuis hæc opinio,* totum pondus constituit in vnitate consensus, & intentionis contrahentium, vt ea fuerit non nisi pro toto tempore contrahere, nihilque referre præsupponit diuisionē temporis, aut pensionum. Nam ex ipsius mente, & si vnica esset locatio, vno eodemque actu facta, si tamen ex partium voluntate commodam recipiat separationem, valebit pro tempore permisso. E contra vero in totum erit nulla in casu contrario, vbi constiterit contrahentes minime nisi pro toto tempore contracturos. Ita quoque conuenire videtur alter Ludouic. de Molina Societatis IESV, *de iust. & iure, tom. 2. disp. 467. vers. hæc tamen communis iuncto vers. ad secundum dicēdum est,* (vbi sedulo perpensus) fundamentum quoque cōstituit cum altero Molina, vt possit substineri locatio pro priori triennio, quod tempus illius diuisibile fuerit intentione & consensu contrahentium, quamuis vnico pretio pro omnibus annis locatio fuerit celebrata, quod aperit manifestè idem Molin. *d. versic. ad secundum,* his verbis: *Ad secundum dicēdum est, doctrinam illam esse veram in euentibus in quibus dictum est, ita intendere, quod inutiliter fit, vt non censeantur voluisse vtile in eo inclusum, quod nihilominus vtiliter intendere potuissent.* Ecce qualiter ab aperto Molin. docet rationem diuisibilitatis, aut indiuisibilitatis locationis, vt pro priori triennio sustineatur se tenere totā ex parte vnitatis intētionis, & consensus contrahentiū, & merito quidem, cū ratio fraudandi Extrauaganti Pontificiæ ab eadem regatur, & dependat intentione, referreque nihil locationem sub eisdem pretio, tempore, & contextu celebrari, an sub diuersis.

Idem quoque non obscure colligitur a Nico. Garsia, a sapientissimo & integerrimo D. huius causæ Relatore inter informandum obiecto. *d. 2. par. cap. 1. nu. 61.* Quādoquidem, licet modernus is bene eruditus, post relatas Bart. & Bal. in proposito desidentes sentētias, & postquam dixerit Bald. ab antiquioribus esse magis receptum, sed hodie indistinctè magis communiter esse receptum Bartolum dixerit ipsius opinionem non procedere in locatione facta ad sex, vel nouem annos, cum clausula, *quod tot sint locationes, quot triennia,* vt hæc inualida tātum sit quo ad tempus prohibitum quasi eius tantum temporis respectu fraus facta legi videatur. Loquitur manifeste in terminis simplicibus, & abstractis, coniecturis quibus intentio vnicæ locationis minori tempore minime contrahendæ cessantibus, nequaquam autem intelligi potest in casu mixto, in quo præfatæ concurrerint coniecturæ, quinimo ipse Garsias *num. 53. eo in capite* resoluerat concurrentibus coniecturis præfatis in totum annullari locationem.

Nec refert inferius *num. 63.* tenuisse adiecto pacto, *quod tot sint locationes, quot triennia,* nullum vitiū inesse

inesse priori, *& num. 65.* videri improbasse coniecturas, & sensisse illis etiam concurrentibus sustineri locationem pro primo triennio. Fateor enim Garsiam non sibi multum in proposito constitisse, imo sibi ipsi contrariari videtur; non tamen est cur moueat in contarium *d. num. 65. & sequent.* Primo, quia aduersatur communi Scholæ Doctorum, potissimumque doctissimis Didaco, & vtrique Ludo. de Molina, quos parum antea approbauerat *nu. 53.* Secundo, quia sibi ipsi aduersatur, nam Baldi sententiam tribus modis restrinxerat. Primo, *num. 52.* in locatione ad vitam, vel ad longum tempus. Secundo, *numer. 53.* in coniecturarum locationis minori tempore non contrahendæ concursu. Tertio, quando pro vnico locatio innitur pretio, & ita constat limitationem coniecturarum proposuisse indistincte.

Tertio principaliter respondetur Nicolao Garsiæ, temere dictã sententiam tenuisse *num. 65.* cum ipsemet *num. 64.* retulisset contrarium in expresso iudicasse Rotam in casu & terminis nostris, longe difficilioribus in causa scilicet Burgiensis locationis in qua fuerat facta locatio Brunelis, & eorum matri per sex annos continuos, videlicet Brunelis pro primis tribus annis pretio librarum 4500. ad rationem anni, & matri pro alijs vltimis tribus pretio librarum 4000. in qua Rota tenuit pro totali nullitate locationis ex partium intentione.

Quarto respondetur nobis non aduersari Nicolaum Garsiam *d. numer. 65.* discedentẽ a sententia Rotali a cessante ratione. Mouetur enim ex quo re vera ibi erant duæ locationes, vt constat personarum diuersitate, & ex diuersitate pretij constituti pro singulo triennio, quæ omnia cessant in præsenti.

Quinto deniq; respondeo, Garsiam non discedere a Rota quasi discedat a præcedenti distinctione, & theorica coniecturarum vnicæ locationis, sed ex quo sibi videretur ibi non concurrisse tales, ex quibus vnica, & indiuidua locatio censeri debuisset.

Reperio quoq; sententiam istã qua receditur ab opinione Baldi inter antiquiores magis recepta tenuisse Deci. *in authent. qui rem, num. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* his verbis: *Et ista communis opinio videtur procedere nisi esset aliqua coniectura, quod in eo quod valere potest partes non concordassent, argumento eius quod notatur in l. quod si vno. ff. de in diem adiectione. & in l. siquis aliam. ff. de solutio. tunc enim haberet locum regula quæ dicit, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. l. multũ interest. C. siquis alteri, vel sibi. cap. cum super. de offic. deleg.*

Et subtiliter doctissimus Alcia. *ind. § sed etsi mihi,* idem profitetur, quatenus *numer. 5.* docet magistraliter in pũcto, quid posse esse indiuiduum tribus modis, authoritate legis, voluntate contrahentium, itẽ natura rei. Singulos exponit, *& numer. 26.* ad propositum inquit voluntate contrahentium rem esse indiuiduam quando aliàs contractus non fuisset celebratus, nisi credidissent partes in totum fuisse valiturum, vt ex ijs colligamus indiuiduam esse nostrã locationem legis

gis authoritate, & partium consensu.

Idem quoque tenet Bartholo. Socin. *in d. l.1.§. sed etsi mihi. nu. 9.* his verbis: *Prima conclusio sit, si constaret quod recipiens non fuisset recepturus pro minori tempore, tunc concessio est in totum nulla, vt voluit Lapus allegat.80. referendo Bartolum ita tenuisse*, Vt ex his omnibus appareat indubium esse, indiuisibilitatē locationis, vt nec pro priori triennio valeat minime dependere ex diuisibilitate temporis, aut pretij inducta ex renouatione locationis de triennio in triennium, sed ex indiuisibilitate intentionis, & consensus contrahentium, ducta ex probabilibus coniecturis, quibus contrahentes credantur nō fuisse pro minore tempore contracturos.

Et in hac quoque residet Alex. *in d.§.sed etsi mihi.num.5. in fine*, ibi: *Quia si hoc putasset, noluisset soluere tantam summam.*

Colliguntur ex prædictis sequētes theses pro huius articuli decisione. Prior, verior semper habita est sententia Bart. etiam in terminis simplicibus, & absque coniecturis præfatis pro totali nullitate locationis. Hodieque magis communis est, & a Rota canonizata, eamq; isto nomine donant pleno ore Becius, Borgninus, Pekius, & Garsias, *vbi supra allegati.*

Secunda, concurrentibus legitimis cōiecturis quibus Iudex adducatur ad credendum contrahētes non fuisse pro minori tempore contracturos, in totum intercidit locatio.

Tertia, procedit præcedens thesis etiam si diuersitas adesset pretij locatioque distributa, & renouata esset de triennio in triēnium, quia nō est vis in vnitate pretij, & temporis sui natura diuisibiliū, sed in indiuisibilitate intentionis, & consensus contrahentium.

Quarta in occurrenti casu ex articulatis, & probatis ex aduerso in facto resultat necessaria commoditas locationis per duo triennia, ex quo in iure indubium est subsultare efficacem necessariam cōiecturam, ad intelligendum minori tempore contracturos nō fuisse, corruitq; locatio in totum.

Quinta & vltima, licet non cōstitisset cuius triennij fuissent fructus sequestro, vel manifestationi suppositi, cum tamen vtraq; pars conueniat (demptis paucissimis) processisse ex locatione Præceptoriæ de Aliaga verius existentibus superioribus thesibus, restituendi sunt Præceptori vero domino, cū ex toto locatio corruat.

Rursus consideratione dignum videtur, quod cum Ecclesia, vel Illustrissimus Commendator, siue eius cessionarius Petrus Diez de la Cruz fundetur in regula nullitatis locationis, sto quod pro parte valere potuisset (prout nulla ratione potest) aduersario incumbebat ostēdere sequestratos fructus, siue vt nos dicimus factos de manifesto priori triennio fuisse collectos, is enim cui regula aduersatur, certoque casu ab ea eximitur, incumbit onus probandi se constitutum in terminis fallentiæ, aut concessionis. *l. non solum §. sed vt probari. ff. de nou. op. nun.* vbi Bar. Vnde quãuis Christopharus Roglà, & Ioan. de Goza possessores sint, & conuenti,

quia

quia tamen etiam admiſſa contraria ſententia lex ſibi reſiſtit, certoque caſu bonam fidem, & titulum habere potuiſſent, conceſſo quod poſſet (ſine præiudicio ſuperius cõſtitutæ veritatis) ſibi incumbebat probatio huiuſce caſus fallentialis permiſſi.

Ad hæc denique, vbi fateremur pertinuiſſe huic parti oſtẽdere fructus contentioſos proceſſiſſe ex poſteriori triennio temporeque omnium Doctorũ concordia prohibito, obſeruandum eſt, reſultare ex proceſſu huius rei indubiam & certiſſimam probationem, & quod magis eſt ex probationibus partis aduerſæ in artic. tenutæ, cuius præſens pars ciſternus eſſe creditur. Præſuppoſito, quod obtentę fuerunt literæ manifeſtationis a Ioanne de Goza triceſimo Octobris 1612. executioni demãdatæ, tertio, 6.8. 10. & 13. Nouembris eiuſdem anni, cumque pro aduerſarijs fuerint propoſitiones in artic. ſummariſſimo inferioris poſſeſſorij (quem nos tenutam dicimus) in primo illarum articulo deductum fuit, per 12. menſes continuos, & plus dñm, & poſſeſſorem fructuũ manifeſtatorũ extitiſſe Chriſtopharũ Roglà. Super quo artic. eiſdem diebus ſupra relatis depoſuerunt, de fructibus de Pitarque Frãciſcus Benedito, Ioannes Simon, Ioannes Monçon, Antonius Sanchez, & alter Ioannes Monçon. De fructibus de Aliaga Valerius Sanz, Iacobus Lazaro, Petrus Eſcoyn, Martinus Loras. De fructibus de Miravete Michael Ramos, Anto. de Vera, Ioan. Ionel. De fructibus de Villaroya de los Pinares, Michael Marques, Iacob. Alpeñes, Domi. Gaſcon: & de fructibus de Fortanete, Michael Mallen, Frater Gaſpar Montañana, Michael Aragones, Petrus Villaroya. Qui omnes teſtes, aut fere omnes reſpectiue deponunt, & concludunt ſe ſcire, Chriſtopharum Roglà per annum vſque ad tempus manifeſtationis dominum, & poſſeſſorem extitiſſe, horum omnium fructuũ, rationem dicti deſignando: *Porque como tal por el tiempo de vn año ſe los vieron tener, y poſſeer por ſi, y mediantes ſus miniſtros, factores, y collectores, recogiendolos, y engranerandolos, y teniẽdolos recogidos y engranerados, &c.* Quo fieri videtur in conſequentiam neceſſariam, facta collatione temporum fructus, præfatos neceſſario futuros, vel anni 1610. vel quidem 1609. & ita poſterioris triennij præfatæ locationis. Aliàs etenim, cum per annum tãtum teſtes dicant dominum, & poſſeſſorem extitiſſe Chriſtopharum Roglà, ex eorum ſcientia, & viſu, non potuiſſent rationem ſciẽtiæ adijcere, *porque ſe los vieron recoger por ſi, y ſus factores, y engranerar,* quæ verba præciſſe ad primæuam recollectionem quæ minutatim fit a ſoluentibus decimas, neceſſario referuntur, contenta autem in omnibus his proceſſibus, & articulis ſunt ab vtraque parte ſi, & in quantum exhibita, & publicata, vt iſta vbi contraria ſententia procedere poſſet de plano procederent, vt dicatur conſtitiſſe, & conſtare fructus præceſſiſſe ex vltimo triennio, pro ipſorum reſtitutione.

De duobus alijs difficultatibus

tactis

tactis à Dominis, vna de vſu Extrauagantis ambitioſæ, & eius approbatione, Altera, quod contractus noſtræ locationis celebratus fuerit cum decreto Gubernatoris Valentiæ Iudicis exemptorum, nihil cenſui adijcere, cum ſatis de priori dixerim in Diſcurſu: nec ignorē Extrauagantem, aliàs ab huiuſmodi Curia fuiſſe receptam, & quod ſciam decretum Gubernatoris reſpectu minoris ætatis Illuſtriſſimis D. Melchoris fuiſſe interpoſitum, nec quicquam ad propoſitum ſpectare. Ex quibus ſpero pro hac parte iudicandum, ſub cēſura Dominorum meorum.

Michael Paſtor.

